

XXXVII. *Egberti HOPPII, Aduocati Cliuensis, fur-
te Beschreibung der Grafen und Herzogen von Cleven,
Cliuiae 1655.* 8.

*Plura didici ex hoc libello. Ordinum prouincialium diligen-
tem rationem habet.*

XXXVIII. Nominavit mihi duos libros Lib. Bar. de Steperoth. Quorum vnuus der Clevische Bettler, Man-
tel (*), alter der Edlnische Thumwermuth inscripti sint.
*Vtrumque librum se vidisse, sed quemlibet centum aureis re-
demptum, Syndicus Colonensis confirmabat, cum 1697. in
pacificatione Risuicensi bac de re colloquium haberemus. Ma-
teriam quoque libri differebat, quae valde arcana. Alterum
etiam ab Hermete laudari postea reperi. Quae in Cliuensi
bereditate scripta edita sint, sedulo congeffit Lippennius. Sunt
mihi, praeterea, deductiones nondum euulgatae MSC.*

XXXIX. *Lewoldi NORTHOVII Chronicon Comi-
tum de Marka & Altena cum notis Meibomii, Hanou.
1613. in fol.*

*Idem etiam liber Tom. II. Rer. Germ. Meibom. insertus est,
a nobis supra laudatus.*

DE POMERANIAE DVCATV. (**)

XL. *Ioh. MICRAELII Chronicon Pomeraniae ve-
terem aequa recentiorem historiam complexum. Stet-
tin 1640. in 4to.*

*Egregius auctor, in vernacula editus, palmam reliquis Po-
meraniae scriptoribus fere praeripuit. Neque ubiuis ob-
uius. (***)*

Z 2

XLI.

(*) *Neque a vero hoc alienum est; Cum coaluerint ducatus
hi ex pluribus dynastiis: quarum ibi fere sunt innumerae,
cognitae medio aeuo. Interim egerunt ordines prouincia-
les, vt pactis & priuilegiis alteris hi ducatus cohaererent in
vno coagulo, iure indiuisibilitatis.*

(**) *Archiuum Wolgastense Pomeraniae an. 1715. offendit B.
Ludewigius in Stettinensi palatio. Hoc autem postea trans-
latum est Berolinum, vbi perlustrauit illud d. 7. Ian. 1741.
Antiquissimum est diploma Friderici II. anno 1285.*

(***) *Est magna inter viros litteratos contentio, cum de Po-
meraniae nominibus, tum etiam eorundem insignibus multi-
plicibus; praesertim cum octo gryphes pingant, fintque tantum
prouinciae Pomeraniae septem. Verum quod primum concer-
nit, illud est imis sensibus notandum: quod in mores iue-
rit*